

## 543. TO THOMAS MORE.

Farrago p. 184.

F. p. 322: HN: Lond. vii. 16: LB. 208.

Antwerp.

1 March 1517.

[After the publication of Jerome (Ep. 396); before the death of Ammonius (Ep. 218 introd.).]

ERASMVS ROT. THOMAE MORO SVO S. D.

NUPER fasciculum epistolarum ad te misi vna cum exemplo Vtopiae per quendam tibi vehementer, vt aiebat, amicum: onerassem pluribus, sed verebar. Nunc alium nactus mitto Reuchlinica omnia in vno libello, quem ita communicabis Roffensi, vt quamprimum legat  
5 ac remittat; nam quaedam sunt quae nusquam reperias. Tu lege Propositiones plane theologicas, abyssales sapientias, et articulos Arnoldi Tungrensis. Mitto vnam epistolam ad Marlianum, quod is suspicatus esset priorem librum Vtopiae a me profectum: id nolebam serpere, quum sit nihil vanius. Dialogus ille Iulii et Petri, vt  
10 intelligo, iam τῷ Καγκελλάρίῳ μεγάλῳ in manibus est et vnice placet. Moriam in dies expectamus. Vtopiam tuam recognitam huc quamprimum mittito, et nos exemplar aut Basileam mittemus aut, si mauis, Lutetiam. Si quid habet Ammonius, cura vt quamprimum ad nos veniat; nam Princeps abutum adornat, et nos quo aut quando pro-  
15 fecturi incertum habemus. Exigitur a populo ingens pecunia eaque praesens. Postulatio recepta est ab optimatibus ac praelatis, hoc est

TIT. THOMAE *add. H.* 2. F: aiebant E. 6. F *Corrig., cf. Cic. Tusc. 3. 18. 42: sapientia E.* 9. quum . . . vanius *add. H.*

1. Nuper] Probably about 13 Feb.; cf. Ep. 558. 1.

Vtopiae] Probably a copy for More to revise with a view to the new edition; cf. Ep. 545. 5 and p. 502.

2. quendam] Cf. Ep. 545. 1.

3. alium] Cf. 1. 23 and Ep. 545. 2.

Reuchlinica] Evidently a collection of some of the fugitive 'scripta causam Reuchlinianam spectantia' enumerated by Böcking, *Suppl.* vol. ii.

6. Propositiones] *Articuli siue propositiones de Iudaico favore nimis suspecte ex libello theutonico domini Ioannis Reuchlin . . . (cui Speculi Ocularis titulus inscriptus est) extracte, cum annotationibus . . . Arnoldi de Tungeri*, Cologne, Quentel, 28 Aug. 1512. See Böcking, *op. cit.* p. 78.

7. Tungrensis] Arnold Lyndius of Tongres († 28 Aug. 1540), one of the champions of the scholastic theology against Reuchlin. He was M.A. at Cologne 1489 and Dean of the Arts Faculty 1494. He was head of the

Bursa Laurentiana about the same time, and received from the University a prebend in the church of St. Mary. On 4 July 1496 H. Quentel published for him a volume on Logic, *Epitomata siue reparationes logicae veteris et nouae Aristotelis*. A new edition appeared on 3 Feb. 1500, by which time he had become D.D. He resigned his Cologne prebend in favour of one at Liège offered to him by a former pupil, Erard a Marck, Bp. of Liège, 1500-36. Subsequently he returned to Cologne on receiving a canonry there. See Böcking and ADB. i. 583.

Marlianum] See Ep. 411. 8 n.

9. Dialogus] Cf. Ep. 502 introd. vt intelligo] Cf. Ep. 532. 26.

11. Moriam] Perhaps Froben's undated edition (cf. Ep. 419. 15 n.); though after Ep. 473 its completion might have been expected earlier.

13. habet] from Rome; cf. Ep. 447.

15. Exigitur] For these demands see Henne ii, p. 183.

his qui soli nihil daturi sunt. Nunc ciuitates consultant. 'Ο Αὐτοκράτωρ alias ἄνοπλος nunc adest manu magnifice armata, et agri passim explentur militum gregibus, et vnde aut cuius nomine veniant incertum. O miseram hanc regionem a tot vulturibus arrosam ! o felicissimam, si ciuitatum inter ipsas esset concordia !

Significa num eodem animo sit in me Cantuariensis et Coletus atque item Roffensis, de quo tibi nuper scripsi. Pater eius qui has reddit, nos lautissimo prandio accepit, vir diues ac probus, multa testatus de tuo erga se officio. Adiuua me, quaeso, tuo consilio. 25 Curabimus mox alium epistolarum libellum excudendum, quo plures possint legere. Budaicam postremam ad te mitto. Praecor Maruffo quo dignus est cum sua syngrapha ; nam Saulos istos nusquam licet comprehendere, ni Brugas proficiscar. Bene vale, More suavissime.

Antuuerpiae Calen. Martiis.

30

Adest isthic Franciscus. Si nondum Hieronymus expletus est Cantuariensi, ab hoc exigat ; debet enim. Remitte exemplaria epistolarum quas nunc mitto, et quae reddidit Lupsetus, sed per hominem certum. Rursum vale cum tuis. M.D.XVI.

#### 544. FROM MARIAN ACCARD.

Deventer MS. 91, f. 157 v<sup>o</sup>.  
LB. App. 115.

Brussels.  
1 March 1517.

[Shortly after Erasmus' move from Brussels to Antwerp. Of Accard I can discover nothing beyond what is contained in Epp. 493, 531, 564.]

#### MARIANVS ACCARDVS SICVLVS ERASMO RO. S.

CVM hic aderas, etsi non crebro te visebam, tamen cum mihi in manu esset dulci consuetudine tua perfrui, absentiam tuam aequo animo ferebam. Sed postquam discessisti, adeo te visendi desyderio teneor vt, quoniam non mihi liceat quod te hic morante licebat, torqueor impatienter. Nec tantum doleo quod, †Sed quod, cum hic 5 esses, saepius omiserim ex suauis ore tuo sitienter pendere, a quo

543. 19. et E : sed H. 26. Curabimus . . . 27. legere om. F. 34. M.D.XVI  
add. H. 544. 4. quoniam scripsi : vtrum quem an quim MS. incertum, quippe  
oblitteratum : quum LB. 5. torquear scripsit LB. Post doleo quod deest aliquid,  
forsitan linea integra : sed non apparet lacuna in MS.

543. 23. Pater] Crull ; cf. Ep. 545. 2.  
26. Curabimus] The suppression of this passage in F is in pursuance of Erasmus' attempt to represent that he was not responsible for the publication of C<sup>1</sup> ; cf. vol. i, p. 594, Epp. 534, 546, and LB. App. 214.  
27. Budaicam] Ep. 522.  
28. Saulos] Possibly the English

double sovereign. The bill may have provided for payment in these coins, which would naturally be difficult to change.

31. Franciscus] Berckman.  
expletus] Warham had originally received four out of the nine volumes ; cf. Ep. 413. 34, 5.  
33. Lupsetus] Cf. Ep. 502 intro.